


Johannes Mautner


**Joannis Mautneri Pannonii Rosa Varniaca reflorescens seu Lyceum
Rostochiense Anagrammaticum : correctius & auctius**

[Rostochii]: Reusnerus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn727380664>

Druck Freier  Zugang





PI

Cg-1671¹⁻¹⁰



Universitäts-
Bibliothek
Rostock





2
JOANNIS MAUTNERI
Pannonii

ROSA

Varniaca
reflorescens
feu

Lyceum

ROSTO-
CHIENSE

Anagrammaticum,

correctius

&

autius.

Literis & Impensis Joh. Reufneri,
Anno M. DC. XXXVI.

Magnifico
RECTORI,

& toti

Venerando

CONCILIO,

adeoq;

Universis & singulis

Clarissimis Excellentissimisq;

Dominis

PROFESSORIBUS,

Inclytæ

Rosarum

Academiæ.

Dnn.

PATRONIS

&

PRÆCEPTORIBUS

æternum colendis.

Poëticum hoc Exercitium

D. D. D.

JOANNES MAUTNERUS,

Pannonius.

A 3

Ad



Ad Amicum
LECTOREM
Epigramma

SI tibi conspectus fuerit Liber iste, tuasq;
Contigerit forsan, Lector amice, manus,
Primitias nostri tenues expende laboris,
Si libet, à studio dum graviore vacas.
Sed nimis hæc rigidum nõ arbitrèris adunguem,
In quibus ablusit penna stylusq; mihi.
Quin potiùs laudemq; Viris, calamoq; favorem,
Varniacaq; dato candida vota ROSÆ,
Erratis veniam juvenilibus, inq; ROSETO
Floribus & spinis esse memento locum.

ALIUD
Ad Eundem.

Prolixum forsan potuissẽ fundere carmen,
Fecundoq; magis luxuriare stylo.
Sistamibi potiùs placuit sententiã, ne, dum
Carmina multa legis, crimina multa legas.

AD

AD
RECTOREM

Magnificum,

Virum Clariss. & Excellentiss. Dno.

PETRUM

LAUREMBERGIUM

Philosophiæ & Medicinæ Do-
ctorem, ac Poëseos in inelytâ

ROSARUM

Acad. Publ. Prof.

Maxime florentis Laurembergere, Lycæi
Dux; & Varniaca gloria summa Rosar.
Si te magnificos paulū demittere fascio.

Et Versus humiles non pudet inspicere,

*Perlege pagellas has. Nec mirere, quod auctor
Tantulus obtulerim tantula metra tibi.*

Hæc tantilla tibi dum tantulus offero & aures,

Te cupio tantum conciliare mihi.

ALIUD.

Hanc tibi pauperiem jejuna dedico Musa,
Cui nihil eloquiū floridioris inest.

*Philosophi dicunt: quod non bene cernitur ex se,
Hoc ex oppositis cernitur appositè.*

*Lauta tibi quàm sit, quàm sit tibi culta supellex
Si æscis; stipulas has lege, Petre; scies.*

A 3

ANAS

ANAGRAMMATA

Lauremberg.

Anagr.

Rege labrum!

Summa tenes Varni qui culmina, Magnifici
RECTORIS fasces Et diadema geris,
Tu mihi principium, tu sis mihi finis in istis
Carminibus! sine te nil volo, nil valeo.
Sanè non Vates videar tibi? nec mihi petam
Orag, Pieridae erudisse putes.
Sum rudis ingenij, sum vena pauperis infans;
Nec, nisi parva, meo gutture metra fluunt.
Omnipotens verbis (ut sic loquar) est tibi lingua,
Dum loquor ista, meum tu rege, quaeso, labrum!

Laurenbergius

Anagramm.

En Urbis regula!

Fasces, Petre, tibi concessit Apollo ROSARUM,
Impèrij, dedit sceptrum ferenda sui.
Urbis Apollinea sellam retinendo curulem,
Rector es: en Urbis regula, norma, canon.

Petrus Laurembergius

Anagramma.

Urbem latè regis purus.

Hanc Urbem latè purus regis, Et geris alit
Magnifici RECTOR signa corusca Ducis,
Petrus

Petrus Laurenbergius¹

Anagramma.

Super nubila resurget.

Nubila celsa super mons laureus iste resurget.
Panè solo nobis qui modò conciderat.

Petrus Laurenbergius

Anagramma.

Tu purus labe geris rem.

Nec solo, nec valeo te commendare, tuæque
Vel minimam laudis tangere particulam.
Hoc unum dico; tu purus labe geris rem.
Objiciet Momus crimina nulla tibi.

A L I U D.

Purum sal gerit è rebus.

Qua dedit in lucè, dedit haut insulsa vir iste
Scripta; sed ANTIQUO còdidit illa sale.
O! utinamq; diu, Genio quod præpeto cumbitis
E rebus purum sal gerit ille gerat?

Petrus Laurenbergius

Doctor Medicinæ.

Anagramma.

Scribe, ô Vir comte per artem,
dignus laude.

Scripta legens nuper tua Parnassejus Apollo,
Hoc statuit de te nobile iudicium;
Scribe diu felix ô Vir benè comte per artem;
Dignus enim famâ, nomine, laude, vir es.

A 7

ALIUD.

A L I U D.

Diu te publicè fide, magne
ROSARUM RECTOR !

Quid moror in scriptis? aliud mi vellicat auri
Triumphat atq; gaudet Univerſitas.
Sumſerunt bilares vultus, geſtusq; videntur
Solutione ſubſilire pulpita.
Latius & ſolito Varnus pater ipſe, frequentes
Vomens aquas, anile concutit caput.
Spargunturq; bona voces & vota; nobisq;
Strepunt Roſeta gratulationibus.
Sede diu, quoniam te, Rector magne Roſarum,
Locat frequens Virum corona publicè.

Petrus Laurembergeius Philoſo-
phiæ & Medicinæ Doctor,

Anagramma.

Surgis ritè, nate Deâ, pulle Phœbi,
Sophiæ & Medicorum cor !

Candida vota libes nuper tibi, Petre, dediſſem
Varniaca caperes cum diadema Scholæ
Sed tamen haut rebar votis opus eſſe, quid? ipſa
Vota tibi Muſa talia, Petre, dabant;
Pulle ſacer Phœbi, Sophiæ cor & Medicorum.
Nate Deâ, surgis laudis ad hunc apicem.
Quem tibi felicem fauſtumq; precamur: & Urbis
Te noſtra cupimus ritè præſſe diu !

Petrus

Petrus Laurmbergius Philosophiæ Medicinæq;
Doctor, Poëscosq; publicus Professor,

Anagramma.

Flos Sophiæ probus ô sapiendusq; probeq; peritus
Rector ! Apollinei gemma decusve chori !

Felix, Petre, Sir es. quare? quia nuper apud te
Hospitium fixit magnus Apollo suum.
Gratulor ambobus de pectore. plus tamen illi,
Quàm tibi nec cause pondere destituor.
Phæbus amat montes. Tu Mons es nobilis, in te
Hospitium Phæbus gaudet habere suum.
Et se felicem pariter putat atq; beatum,
Invenit talem te quòd Apollo Virum.
Non poterit certe jucundis floribus unquam
Destitui sua res, Petre, geriq; male.
Hinc ego me tales, Phæbi dum numina sector,
Audi vi voces ex Helicone sequi:
Flos Sophiæ probus ô sapiendusq; ! probeq; peritus
Rector ! Apollinei gemma decusve chori !
Vivat ! Et hospitii dulcem mihi præbeat usum,
Gratior est tota nullus in urbe locus.

Epigramma & allusio

Ad Cognomen.

RECTORIS MAGNIFICI
Dn. Petri Laurembergii & c.

Laureus ignoro num Mons sit, an aureus iste
A se nam distant utraq; verba parum.

A 5

Unica

*Unica dematur capiti si littera, fiet
Aureus hic, qui Mons Laureus antè fuit.
Laureus & rursum fiet, velut antè, priorem
Si rursum subeat littera demta locum.
Torqueor in bibio dum sic incertus & anceps
Calliope sic est reddere visa mihi:
Magnus Lauremberg & Lauro fulget & Aureo
Ac meritè tituli gestat utrumq; decus.
Laureus ergò tibi dicatur & Aureus ille:
Aureus ingenio, Laureus eloquio.*

Conclusio.

E Loquij melioris egens ego nil loquar ultrà;
Jam nugis saturum te reor esse meis.
Te Laurembergi mitto. rudis anser Olori
Ne videar justo longius obstrepere.
Ecquid enim sperent à te mea carmina? quid nòl
Autori constant vix satis illa suo.
Ut multum placeant tibi non exspecto. Beatus
Sim satis, haur multum si tibi displiceant.

Transitio.

HÆc de Magnifico cecini Rectore Rosarum,
Cassa quidem cultu floridiore metra:
Non tamen affectu? satis hoc. vetus illa recurrit
Gnomas; quòd in magnis sit voluisse satis.
Jam nunc Nobilium simili ratione Virorum
Nomina, distinctis persequar ORDINIBUS.

OR:

ORDO I.

Primus in apricum mihi dū producitur Ordo,
Et nitida legitur portio summa Rose,
Phœbe, Professorum dignum mihi carmen honore
Suffice! deficiet te sine lingua mihi.

Ad Lectorem.

Non phalerata nimis tibi, cædide Lector, ador-
Nec cerussat à carmina tincta manu. (no;
Aurea forma, micans innato lumine, rerum,
Natisuq; mihi sufficit ille nitior.
Nec me verborum vanos conquirere cultus
Anxia moroso cura labore jubet.
Nempè placet nulli facies obnoxia fuco:
Qualis Appelle à fluxit ab arte color.
Quid, quòd nobilium clarissima fama virorum
Nil adventiciæ munere laudis eget?
Sint procul à nobis, Veneris qui pectine semper
Ad speculum comi carmina nostra volunt.

Facultas THEOLOGICA.

Vestri triumphali Regina Scientia curru,
Insidet aurato THEIOLOGIA populo.
Doctores quatuor bice persunguntur equorum
Sed quintus partes Automedontis agit.

A 5

Joan.

Joannes Quistorpius.

Anagramma.

Spernit iniquos avos

DOCTORI tanto mea metra L. M. Q.
Do, cujus fama sic mea Musa litat;
Impia vir pius odit, avos & spernit iniquos,
Cui nihil hic prater fasce piunæ placet.

ALIUD.

Ipsè antiquus honoris

Non est antiquus Quistorpius iste **DIERUM**,
Hactenus in medio stat sua vita gradu.
Ipsè tamen magni satùs est antiquus **HONORIS**,
Ungues admorsit quem peperere sibi.

ALIUD.

Punis nequitas, osor.

Magnus es in cūctis: tamē hæc, me iudice, las est
Maxima; quòd mutos non imitere cænes.
Osor es hereticum. Zelo so pectore punis
Photini technas, nequitasve Papa.

Doctor Johannes Quistorpius.

Anagramma.

Proh! quantus in te sociis odor!

Tot varios inter flores caput exeris altum,
Doctor, odorata flos generose **ROSÆ**!
Dete quid dicam? proh! in te quantus & ex te
Surgit odor sociis semper, Jane, tuis!

Joan-

Joannes Quistorpius, Sacrae
Theologiae Doctor.

Anagramma.

Potens es eloquio ac vi i, do-
cté ora nostra iigas.

Nec tibi, JANE, potens divino dextera verbo,
Lingua nec optato deficit eloquio.
Ornas, JANE, tuam spartam bene; nostraq; doctè
Purè Scripturæ fontibus ora iigas.

Joannes Quistorpius.

Anagramma.

Io! tu spernas iniquos.

Quis fuit, est, & erit mos sèper iniquum iniquis,
Carpitur innocui fama subinde viri.
Zoilèos morsus non effugit ullus, an ullum,
JANE, putas cunctis posse satisfacere, ?
Et tamen haut de te (quantum tua nomina nobi)
Audi vi quenquam, Vir venerande, queri.
Forsit an est aliquis, dentes qui, JANE, caninos
In tua præsumat nomina concùtere, ?
Nomen, io spernas, tibi nobile dicit, iniquos,
Non poteris meliùs Zoilon effugere.

Joannes Cottmannus.

Anagramma.

En tu constans animo.

Si non exiguam meruit Constantia laudem,
Grata piis virtus, sed mage grata DEO.

En

*En animo tu vir constans es, macte requiris
Constantes animo Thejologia viros.*

Joannes Cotmannus W.

Anagramma.

Tu annosum Noa vinces.

A Nnosum vitâ vinces Noa. quomodo ? vixit
Noe diu, tamen est mortuus ille semel.
Tu verò mortem nunquam, Cotmanne, videbis.
In scriptis bibis. non potes ergò mori.

Doctor Joannes Cotmannus.

Anagramma.

Non es tam citò coronandus.

Justi fulgebunt ut Sol, Cotmanne, manetq;
In cælis humiles certa corona viros.
Certa tibi quamvis sint cæli premia: non es,
Fane, coronandus tam citò. vixit diu!

Doctor Joannes Cothman.

Anagramma.

Odi, non amo technas.

Non fucata tibi mès est, Cothmanne; sed auro
Purior, hybernâ candidiorq; nive.
Non propter sortem tibi, quæ dicuntur in illâ;
Propter te sorti credimus ergò tua.

Joannes Cothmannius.

Anagramma.

Hic non est amans novi.

Omen habet quocunq; modo scribatur honestū,
Hic qui Cothmanni nobile nomen habet.
Hoc quoq; non minimam laudē, nomenq; meretur
Non lebe; quòd cupidus non sit amansq; novi.

D. Sic.

D. Stephanus Clotzius

Anagramma.

Noctis lapsu studes.

PLuribus exhibui te, Vir doctissime, nuper,
Dum tibi supremus ritè daretur honos;
Verùm cum tua sit, Clotzi, quàm plurima virtus;
Non me plura piget metra dicare tibi.
Multa studes noctis lapsu, nec pauca diei,
Grande Professoris dum diadema geris.
Matte tuis studiis, Clotzi, vigiliq; labore!
Hi tituli spondent commoda plura tibi.

Stephanus Clotzius Theologiæ Doctor.

Anagramma.

Zelo suo pugnat; toti Scholæ cordi est.

Clotzius hereticum cernens tot ubiq; caterbas
Sanguineas miserâ tingere cade manus,
Non nunc est tempus somno placida quieti,
Hæc alias curas factio postulat, ait.
Corripit arma manu, pharetra deprompta Sionis,
Ipsa quibus noceant Tartara sæva nihil.
Sicq; suo pugnat zelo, sic militat; ut sit
Huis toti cordi delicioꝝ, SCHOLÆ.

Stephanus Clotzius, Sacræ Theolo-
giæ Doctor.

Anagramma 2. per ts.

Næ iste sacro studio coruscet,
& pollet sagæ.

Hoc ubi conspexit celso de culmine cæli
Fama volans, tales protulit ore sonos:
Næ sa-

*Næ sacro studio cultusq; vir iste coruscet,
Et fortis pollet terribiliq; sago.*

ALIUD.

*Stas, ô decus! stipet te Ange-
lico choro Salvator!*

Hereticos igitur contra dum mole tua stas,
O decus! hæc Musa suscipe vota mea;
*Vibe diu felix! hominum Salvator Jësus
Angelico stipet te, sociosq;, choro.*

*Lindemanne fabe! tibi jam nunc dicitur omen,
Sortibus & faustis Triga referta venit.*

Doctor Thomas Lindemannus
Anagramma.

O hic monstra domans ludet.

Hic quoq; Doctorum nunc est adscitus in agmë,
Qui Jubenum nuper gloria summa fuit.
*Incipiet certe fecundam pandere mentem,
Et calamos docta stringere ritë manu.*

O quantis gladiis in campo ludet aperto,
Hereticumq; domas monstra domasq; lupos.

ALIUD.

Tu olor scandis ad montem.

Ad montë scandis, tu Lindemanne, Sionis;
Non secus ac pennis evolat albus Olor.
*Ad montem felix i, Lindemanne, Sionis;
In mundo nullus te superabit olor*

Thomas

Thomas Lindemannus, Sacrae
Theologiae Doctor.

Anagramma.

Hoc salo tua mens magna, &
olore candidior est,

Rara quidē generatur abis, quae criminis ex-
Possit in hoc mūdi velificare Salo: (pers
Quam non, mille rotans vitiorū flumina Pontus
Pracipiti rapidae vortice mergat aqua.

Magna tamen tua mens hic est, & olore venusto
Candidior, nulla turbida fece, micat.

Hinc es Theologò tam charus in agmine, namq̃
Unus es ex raris, care patrone, viris.

Lucas Bacmeisterus.

Anagramma.

Luces, micas, sub arte.

Bacmeister, sacra lucesye micasye sub arte,
Sicq̃ tuum Patrem, sic imit aris Abum.
Si Lucas sit idem quod lux: ò quam benè, Luca,
Conveniunt rebus nomina vestra suis!

A L I U D.

Sic tu Musas celebra.

Qui celebrat Musas, celebrabitur ipse vicissim
Multorum lingua, carmine, laudè, virum.
Tu Musas celebra sic, ut celebratus ab illis,
Contingas fama solis usq̃ domum.

Facul-

Facultas
JURIDICA.

Etumido paullum, Galene, faceffe theatro.
Sceptryger in scenam, Justiniane, veni.
sic fieri mandat rerum pulcherrimus ordo.
Nam dispar vestrum munus uterq; gerit.
Cum Sociâ Themis imperij partitur habenas:
Hec animi nevos, corporis illa domat.

Albertus Heinjus Juris Doctor.

Anagramma.

Enarro Jus doctè, subtilis Vir.

ENarro doctè, Jus Vir subtilis & acer.
Hinc in Jure loco principe jurè locor.

ALIUD.

Bonus & hilaris vir dictus ero.

Cuiq; suum tribuo: nulli Jus denego, sanctam
Insistens Legum justitiâq; viam.
Conscia mens intus nullo me crimine terret.
Hinc bonus ac hilaris vir ego dictus ero.

Laurentius Stephani Juris Doctor.

Anagramma.

Hic lotus in arte Jus ponderat.

Ponderat hic Jus, vir Themidis bene lotus in
Sicq; sue partes conditionis obit. (Arte;
Hinc merito comites Heinl præponderat omnes;
Et loca DOCTORUM digna secundus habet.

Lau-

Laurentius Stephani, J. U. Doctor.

Anagramma.

Iste Vir doctrinâ plenus ovat.

UT non à prima fors altera discrepet hilum,
Alea mi scitè proijcienda venit.

Ecce sed à recta nihil hîc delirat amussi,

Et discors primæ fors mihi nulla cadit.

Alea dicit idem, quod fama: Vir iste verendi

Doctrinâ Juris divite plenus ovat.

Laudibus hinc meritò pulchris mastratur, & illū

Doctrina quisquis non decus odit, amat.

Nicolaus Schütze

Anagramma. z. per ts.

Ah tu Sol cunctis es.

Jurè mihi vocem fors & Deus extudit istam.

Ah tu Sol cunctis es, Nicolæe, Viris.

Has tenebras, Schützi, tibi mitto libenter, ut Atè

Accipiant lucem carmina nostra suam.

Nicolaus Schütze J. U. D.

Anagramma.

Hic studio sanus lucret.

Volventem sancti spatiosa volumina Juris
Hac, Themidis jussu, laude coronò virum!

Hic sanus lucret, studioq; politus ad unguem,

Sol nitidus Juris justitiæq; clucret.

Nico

Nicolaus Schütt J. U. D.

Anagramma.

Hic Consultus audit.

Consulit in medium, quoties sententia Legit
Prorsus in ambiguo vertitur ulla statu.
Hinc audit merito Juris Consultus, & Equus,
Atq; rei titulum convenientis habet.

Henricus Schuckman Juris
Utriusque Doctor.

Anagramma.

Hic Jus nunc rimatur, sicque
rursus hoc docet.

In nostro quidnā faceres, Schuckmanne, Rosete
Quasitam memini sic retulisse Themis:
Hicjus nunc cura rimatur perpete; sicq;
Rursus Varniacas hoc docet ille Rosas,

Henricus Schuckman Juris U. D.

Anagramma.

Cur hic Vir Musis canendus?

Cur hic Vir Musis sit, Lector amice, canendus
Si nescis; Leges Jus & utrumq; roga.
Plus illum dicenti meruisse; stylog. Maronis,
Quam nostra dignum sorte fuisse magis.

Joan-

Joannes Kleinschmid Ju-
ris U. Doctor.

Anagramma.

Tu indemnis diceris. oh
cluis coronâ,

Diceris indemnis vir, & omni crimine purus,
Varniaca, Schmidi, pulcher ocella Schola.
Oh quanta cluis in terris gaudesq. coronâ
Oh quanta cæli post super axe cluis.

ALIUD.

Vir nimis doctè Jus
circulo enodans.

Non satis est, Schmidi, qualè te diximus esse:
Additur ad laudes hæc quoq. fama tuas.
Vir es iudicii circulo sapiente profundum
Enodans doctè Jus solideq. nimis.

Joannes Kleinschmid Juris
Utriusq; Doctor.

Anagramma.

Themidis cygnus Varniq; notus
olor diceris.

Jam verò brevibus complectar ut omnia verbis
Et fors, & taciti temporis hora monet.
Explico me. Themidis tu, Vir clarissime, cygnus
Notus es, & Varni diceris albus olor.

Hcin.

Henricus Rahne Juris Doctor

Anagramma.

Hic vir charus Deo, non terris.

Æ Qua placet superis. Justus Deus odit & a-
Injustos; contra Mundus iniquus amat. (qua
Tem justus cum sit, non frustra dicitur hic vir
Non charus terris, charus at esse Deo.

Henricus Rahne Juris Utriusque
Doctor.

Anagramma.

Utu nervisque tuis contradic
errori.

Tu vero Sancti vir consultissime Juris
Ista pili, cassæ vel nucis instar habe.
Quicquid agant homines, semper contrarius esto
Errori totis viribus ingenij.
Justitiamq; dolis inimicam fortiter urge.
Nam se non frustra tradidit illa tibi.
Postulat amborum facilis conjunctio, semper
Tu latus ut stipes illius, illa tuum.
Sic te sic pleno celebrabunt ore clientes,
Plurimus &, grates qui tibi reddet, erit.
Longus in hâs formam posset mihi crescere sermo,
Verborumq; dari largæ frequensve seges:
Sed quoniam te nil opus est, Henrice, moneri:
Carmina ne tibi sint vestra molesta, Vale.

Facul.

Facultas
M E D I C A.

MOrborum domitor, Vitæq, Galene, magister
Tandē (namq, tibi jam nihil obstat) ades.
Jam poteris toto Varni plaudente theatro,
Fecundos herbis exonerare sinus.

Jacobus Fabricius Medicinæ
Doctor.

Anagramma.

Urbi ac Tuis bona facis medico
corde.

UNde tuas primum, Fabrici Clarissime, laudes
Ordiam! unde mei carminis orsa petam?
Tantus virtutum mihi nascitur ordo tuarum,
Tanta mihi surgit copia, tanta seges,
Ut prius Oceani vastissima flumina per me,
Posse putem parvo funditus ore bibi.
Aut numerum dici sparse per littus arenae,
Aut pingi cunctas pulveris effigies.
Utq, prius quidvis ausim promittere, mentis
Quam numerare queam singula dona tuae.
Te sacer ingenij, terra de sedibus, ardor
Alius ad cœli culmina summa leuat.
Unde tibi pulchrè que sint mysteria Solis,
Quæ vires Luna, Mercurijq, patet.
Cum Jove quid possit virtus arcana Saturni,
Quid possit Marti junctæ venustæ Venus.

Quis

Quid Cælum totū, quid Terra, quid Unda, quid Aer
Quidve, rei vertex totius, Ignis agat.
Quidve queat natura pati, quid ferre recuset,
Hæc, inquam, bene sunt omnia nota tibi.
Hinc non vulgarem tritamve quibuslibet instat,
Res imperfectas perficiendo, viam.
Quin sic humanos defectus corrigis omnes,
Ut tibi se nemo dixerit esse parem.
Quid memoræ sancta studiū gravitatis? Et illud
Conveniens summo cuiq; supercilium?
Queis humiles animas populi sic præteris, umbras
Noctis ut, exorto sole, serena dies,
Fabula narratur de Coo pulchra Philetâ,
Quam nequeo, Fabrici, non recitare tibi.
Is macer & tenero tam corpore siccus, ut omni
In terram vento dejiceretur, erat.
Nec potuit tutus terris consistere; multo
Hinc plumbo solitus est onerare pedes.
Sic hodie multi prope distillemur in auras,
Ni nobis prorsus plumbea corda forent.
Non opus est multis isthæc diducere verbis,
Nam vulgi levis est sat aperta tibi.
Quam gravitate tua tu sic compescis, ut illi,
Cui frons est, pingat conscius ora rubor.
Addo tuos mores, quos, si modo videret, ipse
Director vita vellet habere Cato.
Cætera commodior nobis occasio quondam
Et melior, de te, temporis hora dabit.
Nunc felix vivas precor, urbi plurima semper
Atq; Tuis medico qui bona corde facis.

Aliud

ALIUD.

Citò, ac benè curas morbos.
i, i, fac id diu!

Humanos, Fabrici, citò curas, ac benè mor-
I sic, i, nostrâ fac id in Urbe diu! (bos.

D. Joannes Asverus Amfing.

Anagramma.

Sanè magnus à donis vir es.

Indi eum poteram te, fane, relinquere; fama
Nam tua nil hodie carminis hujus eget.
Spargitur hac late, late as licet hac vice. Sanè
A donis magnus, magnus ab arte vir es. ;

ALIUD.

Grandia movens, suavis es.

Grandia facta movens, medicâ vi magnus, &
Mentis, & erecto suavis es ingenio. (alte
Hinc, Asvere, tibi laus hac pulcherrima surgit,
Quâ me Pierides te celebrare jubent.

ALIUD.

Musas geris; vade in annos!

TE Musa quondam manibus gestasse feruntur,
Et puero mammâ applicuisse tibi.
Tu nunc illarum vice fungeris: atque vicissim
Musas in pulchro pectore, fane, geris.
Vade per invidiam felix, & vivis in annos
Mabusealem, fama notus in orbe, mane!

B

Doctos

Doctor Simon Pauli,

Anagramma.

O placidus monitor!

Hippocratis magni quoties secret a recludis,
Exclamant omnes: O placidus monitor!
Cum tua pro cathedris sublimibus ora resolis,
Exclamant omnes: O placidus monitor!
Intrepidè de te dicam, quod sentio. Sanè,
Quicquid agant alii, tu mihi, Paule, places.

Doctor Simon Pauli

Anagramma.

Dictus Apollo minor.

Rosobii nullus cum sit te major Apollo,
Miror cur nam sis dictus Apollo minor.

Facultas PHILOSOPHICAE

Prima Facultatum firmans vestigia, cunctis
Laudis ad excelsa culmina monstro viam,
Me duce primatu sacra Theologia superbit,
Erectumq; Themis tollit ad astra caput.
Me duce divini fructum decerpit honoris,
Ostentat fasces & Medicina suos.
Tot virgo meritis amplissima, nescio quare
Postremum teneo Philosophia locum.

Albes-

Albertus Heinius Juris U. Doctor.

Anagramma.

Sed tibi laus in hoc versu oritur.

Viderat hunc fruticē Varni moderator Apollo,
Jam nitidum terris exseruisse caput.

Esse quid hoc dicā, quod in hoc (ait:) ordine florū,

Flos mihi præ reliquis charior unus abest ?

Scilicet ille virum flos Heinius, enthea cui mens,

Et dignum cœli sedibus ingenium.

Qui mihi cor & delictum, qui summa voluptas,

Quo sine nulla mihi Gratia, nullus Amor.

Pallas ut offensus persensit Apollinis iram,

Divino cepit taliter ore loqui :

Phœbe pater, quod in hoc florū discrimine non sit

Flos tuus, id fieri non sine jure putes.

Pallas ego nuper Varni spatia bar in hortis,

Cumq; tuis Musis, cumq; tuis Charisiz,

Dumq; videremus pulchris virtutibus illic

Præ reliquis florem luxuriare tuum ;

Protinus illius capta dulcedine, nostras

Non poteramus ab hoc flore tenere manus ?

Legimus hunc nobis. que nostra licentia forsaz

Esse molestæ nequit, Phœbe, gravinq; tibi.

Sic Pallas. contra Phœbeus jam latior: Heinum

Astutum nobis restituatis, ait.

Hinc stas in nostro, flos ô generose, Roseto

Cum te Musarum nolit abesse pater.

Antè quidem nobis aberas. Sed jammodò summa

Surgit in hoc versu laus oriturq; tibi.

B 2

Do.

Doctor Albertus Heinius

Anagramma.

Clarè videt bonus Histor.

Tempora cum longo spectare volumine rerum,
Historicà nimis est grandis in arte labor.
Nec minor est fructus, studio qui profluit isto;
Nam non cultores fraudat honore suos.
Orbem terrarum videt infantemq; senemq;
Temporis antiqui qui scit & acta nobi.
Ergò quid Historia meret Heinius iste Professor?
Quà mihi dicendus laude, vel elogio?
Hic equidem clarè, cum sit bonus Histor, & Orbis
Cunas, & senium canitiemq; videt.

D. Joachimus Stokmannus.

Anagramma.

Is homo cunctis amandus.

Qualis is & quantus Vir sit non differo: tantum
Hoc dico: cunctis quod sit amandus homo,
Nec dubito quin mortales superaverit omnes,
Cunctorum quoniam dignus amore fuit.

Petrus Salsius

Anagr.

Satis purus es.

Salsius, an Salsius dicere, parum moror, aut nil.
Nam presens ad epos non facit istud opus.
Hoc

*Hoc fatius de te dicendum, Saffie, duxi :
Quòd fatis es purus, clarus & arte Sophos.*

Magister Georgius Dasenius,

Anagramma.

O egregium artis fidus agens !

G Nare vir ingenio cæli percurrere sedes,
Metiriq; Poli suetus utramq; domum.
Artis agens magna sublimia munera ; fidus
Egregium ! *visus* ò *valeasq; diu.*

Magister Joannes Hulvedelius.

Anagramma.

Altum is ; ah verè dignus es senio.

E T tu, cane pater, mihi non indistans abibis,
Omnis virtutis nobile depositum
Laudibus his meritò canum te prosequor. Ah tu
Is altum ; vere dignus es hoc senio.

Magister Stephanus Hein.

Anagramma.

Tu in spe sta. ah germines !

I nterpres Sanctæ longè doctissime Linguae,
Omen legas de nomine ;
In Christum sperans cælestia respicis. ah tu
Spe stans in ista germines !

O R D O II.

Hactenus in scriptos mihi lex fuit ordine Ci-
Primatesq; Rosa cōmemorare viros. (bes,
Versiculis huc usq; licet leviore paratu,
 Dicta PROFESSORUM nomina sunt mihi
 Jam contenta sit his Academia. Profektor ad vos
 Conspicui fama si lendidiore viri.
 Qui vel jam Scholice defuncti munere vite,
 Ex hoc Trojano prosilui stis equo,
 Vel non ingressi cathedras Et pulveris hujus
 Splendida, sed magno plena labore, loca,
 Fixistis sedes hic, Et Phœbeia Tempe
 Incolitis grata, non sine laude, mora.
 Vos, sultis, bilares animisq; faventibus istum,
 Et non ingrata fronte subite locum.
 Sumite, que vobis de, singula metra lubentes,
 Cumq; boni sitis, consulitote boni.
 Sint indocta licet, fandi q; carentia cultu;
 Sunt tamen ex animo cuncta profecta pio.

Henricus Krautthof Juris D.

Anagramma.

Tu in fide vir charus Christo.

Digna tibi magno, Krautthofsi, Principe sede
 Designabit in hoc Ordine principium.
 Et merito. Nam te Provincia Judice gaudens,
 Officii defert munia summa tibi.

Tu

Tu satis es Christo vir charus amore fideq;
Atque pio digna religione viro.
Cetera sponte tue taceo praconia laudis,
Nam Christo charum te satis esse, sat est.

Reinoldus von Gähren J. U. D.

Anagramma.

En vir valde dignus honore.

Dicitur immensum SORS qua sibi esse per orbem,
Qui foret insigni dignus honore, Virum.
Cui Dea, Reinoldum digito Parnassia monstrans,
En hic vir valde dignus honore, refert.

D. Joannes Moering.

Anagr.

In magno es ordine.

Non eadem sors est hominum, suus ordo cuiq;
Cedit, & officii certus in orbe locus.
Mundus hic inferior nihil est nisi fabula quaedam,
Personam certam sustinet omnis homo.
Ex quo quisq; loco scenas intrabit, in illum
Post exclamatum PI. AUDITE, quisq; redit.
Felix, o nimium felix, qui movere Divum,
In medio positus, non sine laude, loco;
Damna ruinarum timidig; pericula castus
Ridet, & in tuta seae quietus obat.
Sic tu, Moeringi, felix es in ordine magno.
In tali posuit te statione Deus.

B 4

Theode.

Theodorus Varnejer Juris Doctor.

Anagramma.

O moderator Juris & decorus Vir.

COrde tuas foveo, Vir Consultissime, laudes
Quas proferre foras non datur ore mihi.
Tu tamen o Juris moderator virq; decorus
Affectum facti totius instar habes.

Henricus Schoenlav J. U. D.

Anagramma.

Consul vere judicans.

Questita nuper Fama de Schönlabio;
Tulisse fertur tale testimonium:
Non est quod ejus torqueatis Nomina,
Precariq; laude mactetis Virum.
Res consulatur, qua per Orbis climata
Illustre nomen diditur Schönlabii.
Legum magister ille, liberalium
Scientiarum fertilissimum caput,
Profundioris fons & autor Consill,
Prudentiaq; dulce promptuarium,
Reapse, Consul judicans verè, cluet.

Eberhardus Dicman J. Doctor.

Anagramma.

De corde vibras doctrinam.

NE lateat virtus clarissima, qua tibi pulchrè
Aurea mens, pectus, judiciumq; micant.

Doctri-

Doctrinam, Dic manne, tuo de corde salubrem,
Artis & ingenia lumina pura vibras.

Ioannes Gettelius Juris D.

Anagramma.

Iste Angelus eruditionis.

Hic est Juridica decus Minerva,
Interpres Themidos, magister Æquæ.
Hic est Consilii perenne cornu,
Fons artis sapientiæ, verbo:
Hic est angelus eruditionis.

Heinricus Siebrand, Juris

Utriusque Doctor.

Anagr.

Quantus hic Orbis decor! Vir
in Jure disertus.

Religio prohibet, ne te sine laude relinquam.
Siebrande, Musarum decus,
Cor Themidos, Lumensq; virum, quibus altior est
Pectusq; vere masculum. (mens,
Nam tua sic nitida virtus clarissima luce
Nostram per Urbem splenduit
Hactenus, ut nulli non sit perspecta bonorum,
Quos diæa semper Æquitas
Amplexu fovet, & Liboris nube remota,
In cæli sede collocat.

B 5

Sed

*Sed te præcipue. Nam de te Fama canoro
Hæc Verba cornu buccinat ;
Hic Siebrandus, ait, vir est in Jure disertus,
O quantus hic Orbis decor !*

Michael Hagemeister J. U. D.

Anagramma.

Hem hic vir amat Leges Dei.

Quisq. suam laudat Venerem, sua quemq. ga-
Mens, velle cuius est suam. (bernat
*Sunt qui divitias, sunt qui mirantur honores,
Et qui nitentem purpuram.
Hic formam pulchri præstantem corporis, ille
Pectus colit Mæortium.
Cuncta sed hæc sunt animis muliebribus. absit
Virtus virorum mascula
Talibus incumbat votis. Procul este profane
Mentes. Beatis hæc placent
Queis Hagemeisterus sacrat sua vota. Quid ergo
Hic vir amat Leges Dei,*

Zacharias Sietman J. U. D.

Anagram. z. per ts.

Is amat sincera studia.

Sinceræ mentis thesauris Sietman abundat.
Hinc sincera fovet, vult, & amat studia.

Michael

Michael Neuerantzius Philosophiæ
& Medicinæ Doctor

Anagr. 2. per 1. s.

Heus i, nihil time! duplex te corona
ornat: Sophica & Medica

Non male, Neucrantzi generose, corona voca-
Conveniunt belle nomina resq; tibi. (ris
Te duplex ornat cingitq; corona: coronâ
Dum Sophicâ fulges scilicet, & Medicâ.
Heus i, constanti Pylios in flore per annos.
Et timeas Momos invidiamq; nihil.

Doctor Johannes Andreas,

Anagramma.

Transcendas honore odia.

In morbos quoniam dextram tibi, Iane, potētē
Hippocratis studium cura vigilq; dedit:
Artis Paonia conspectus honore, malorum
Transcendas hominum nil metuens odia.

Christianus Schmilovv P. & M. Doctor.

Anagramma.

Hem! it studio comptus clarus Chiron;

Nebates ego sum fatuus, si crescere nomen
Schmilovvii nostro suscipier elogio.

Hem! studio comptus Chiron it clarus ad astra,
Doctorumq; virum nescit in ore mori.

B §

Michael

Michael Neucrants,

Anagr.

An hic clarus mente?

Cæcus, an hic clarus sit mēte? rogabat. Apollo:
Id nemo præter te dubitabit, ait.

Georgius Krug Medicinæ Doctor.

Anagramma.

Conducis dogmate egregio. I. Curre.

Krug, cujus ego dignam vel Apolline mentem,
Pectusve candidissimum,

Et mores æqua libratos lance, salisque
Innata festivissimi

Dona, stupens soleo mirari. Parce, quod à me
Parce litetur heic tibi.

Parca quidem manus est, sed non quoq; parca vo-
Impar facultas ni fiet, (luntas,

Ingenii vires impendere laudibus esset
Tuis lubido maxima.

Lingua deest; præstat tacitus virtutis adorem
Tuae beata manera,

Quam te detinens bullarum schemate longo:
Et delicatis auribus,

Fautor magne, tuis strepitu, nugis, & inani
Sermone carnifex siem,

Nè tamen omninò frustreris pignore, sortem
Hanc do tibi vicariam.

Egregio

Egregio multis conducis dogmate. Curte
Fame per orbem: quo ad
Parte tui meliore poli fulgentibus astris
Te Rector Orbis inserat.

O R D O III.

Sit, quaeso, venia locus, hac Anagrāmat a raptim
Quod mihi sint, longa nec recitata mora.
Non ego Varronis sexcenta volumina scribo,
Nec sum prolixæ conditor Iliadis.
Sed, velut in cursu moderatè singula libo
Nomina, cuiq; suus dum modò cōstet honor.
Abstrabor à vestro cultu? Mea scilicet ad se
Vela Sacerdotum mysticus ordo vocat.

Constantinus Fidler
Pastor Marianus

Epigram.

Inconstans non es tu; Constantine, vir: ista
Sors lateat quamvis nomine clusa tuo.
Sint alii tales istius nominis. Urbi
Constat constantem te satis esse virum.

Anagramma.

Stans in fide, curā nostra,
Polum intras.

Jam propior cælo nitidis & proximus astris,
Jam rude donandus emeritusve senex,
Hic

Hic nostrâ curâ, nostrâq, salute tenerâ
Suggerit & vires ipsæ Jekoba tibi.
Fimiter in verâ stans religione fideq, ;
Intras (ô intra, vir bone, serô !) Polum.

Joannes Quistorpius.

Anagramma.

o quantus is in operis!

UT Phœbi lampas supra collustrat & infra
Mundi patentis machinam ;
Sic Templi cathedram simul, & suggesta Lycœi
Quistorpiana dignitas.
Convenit hoc illis, quod eis primaria lux sit
Inter minora sidera.
Discrepat hoc autem ; quòd, quàm Phœbea lampa
In axe, longè pulchrius (pas
Fulgeat in sacris operis Quistorpia virtus.
ô quantus is mortalium !

Magister Christianus Michael.

Anagramma.

Macte vir amans Legis Christi !

LEgis amans Christi multum vir macte ! salutē
Iste tibi multam, crede, parabit amor.

Elias Taddelius.

Anagr.

Ille à Deis datus.

Seu mores vimer, seu vitam mirer in illo ;
Humano quiddam plus sapit ingenio.

186

*Iste Deis propior cœlestibus esse videtur,
A cœlestibus est nam datus ille Deis.*

Stephanus Clotzius Sacræ
Theologiæ Doctor.

Anagramma.

Ha! tu hostes ac lupos resecto
oris gladio necas.

Ingenio, Clotzi clarissime, semper es idem.
Hinc de te cogor dicere semper idem.
Res mihi paucillum mutatis vocibus, una;
Unum tam pulchri nominis omen adest.
Ha! tu voce lupos ac hostes, imò resecto
Oris ab hinc gladio reiectis, atq; necas.

M. Johannes Corfinius.

Anagramma.

Hic non infimus è Rosâ.

Hic quoq; cordatus Jobæ fidusq; minister
Munia ritè suæ conditionis obit.
Inter honoratos, Lector, me iudice, Mystas,
E rosâ non est infimus iste Rosâ.

Magister David Tunder.

Anagramma.

Ad regnum Dei traditus.

Ateneris Tunder sacras deducus ad artes,
Ad regnumq; Dei traditus iste fuit.

Non

*Non miror, quã si, quo robore, tam benè cunctos
Hostes hic Tunder tundat Evangelii.*

M. Joannes Steinius

Epigramma.

STEIN lapis est, & non lapis est, quia fortiter
hic stat.

Non lapis est, quoniam verba facit lepidè.

Anagramma.

In Nomine Iesu stas.

IN Iesu quoniam stas nomine, stas benè. Namq;
Non potes in Jesu nomine stare male.

Zacharias Deutschius.

Anagramma.

Sicus Zachæus radias.

Discine radias, sicut Zachæus, amore;
Santag; perpetuè cor tibi flamma coquit.
Corpora fors vobis non sunt æqualia; cerè
Edita pro Christo scanditis ambo loca,
Arboris, ut discat Christum, subit ille cacumen.
Ut doceas, Cathedram in Zacharia, subis;

Aliud z. per ts.

Hic yates sat eharus DIs.

Quarebã de te, Deutschii venerando, quis esses,
Quàm primùm tua mi nomina nota foret.
Hoc unum de te dixit mihi rumor; hic inquit,
Sat Charus yates DIs erat, est, & erit.

ALI'

ALIUD.

Hic est assiduus chartâ

Hic est assiduus chartâ calamoq; sacerdos,
Munia dum sacre conditionis obit-
 Hic est assiduus, dum nocte dieq; fidelis
Excubias Christi pro grege pastor agit.

ALIUD.

Heus discutias chartas.

Discutias assidue chartas veteresq; novasq;,
Et varios studio feruidiore libros.
Nequiquâ lex hac in nomine clamat: heus, tu
 Discutias chartas. Hoc sine lege facis.
Non bene nota tibi fuerat lex hætenus ista.
Omnia scripta tamen sunt bene nota tibi.

ALIUD.

Sat charus es, sta hic diu!

Divini, Deutschbi, referas oracula verbi,
Atq; tuas reficis fonte salutis oves.
 Nil sine laude facis, populo sat charus es o sta
 Hic, laudem felix & mereare diu!

M. Zacharias Deutschius,

Anagramma z. per tse

Hic tu sacer Mysta sudas.

Hic tu mysta sacer sudas defessus abunde,
Dum stygius Christi vastat obile lupus.
 Euge! nihil metuas. Sudorum flumina Christus
Absterget vultu, sed super axe, tuo.

Magi-

Magister Zacharias Deutschius.

Anagramma.

Dum sat hîc agis, haut cares fertis.

E Gregiè, Deutschi, spartâ, quam nactus es, or-
Teq, sacer totum detinet usq, labor. (nas
Haut, Zacharia, cares fertis & laudibus. Hic tu
Dum fatagis laudes, officio sat agis.

A L I U D.

Christi gestas cathedram, vivas !

IN toto nemo solus sibi sufficit orbe.
Altera semper opem res petit alterius.
Cernitur hoc in te, Praesul doctissime, Christi
Tu cathedram gestas, teq, cathedra gerit.
Vivas, ô Deutschi, per secula multa ! carere
Tu cathedra Christi, teq, cathedra nequit.

A L I U D.

Gesta ! adsit Christus charismave !

IMmoror in te plus, Deutschi doctissime, nostram
Tu quoq, fers animo nam patiente moram.
Longè, quam reliquis, Deutschi, tibi debeo plura
Qua nequeo verbis solvere curata tibi.
Tu tamen esto memor, quam sit mihi prona volun-
Omnibus officiis inseruire tibi. (tas
Jam nunc dimittam, Deutschi, te ; si prius istud
Sinceri votum pelleris accipias :

Gesta,

Gesta, quod gestas, Mecenas inclyte, felix;
Atq; tuum fauste pascē, diuq; gregem!
Adsit ubiq; tibi Christusve charismave sancti
Pneumatis, & cæli te regat ille Pater!

Magister Matthias von Lohe,

Anagramma.

Ah gnarus homo, emittis tela.

ET tu gnarus homo rigidos emittis in hostes
Tela, nec insanis tradis ovile lupis.
Ah tu dignus es hac statione vir, utiliusq;
Credo, tuo potuit nemo præesse gregi.

Magister Johannes Kænzlerus.

Anagr. z. per ts.

Sanè norma es, & Angelus Christi.

Magna sacerdotis fuerat reverentia quòdamo
Et pretium cathedra promeruerē suum.
At nunc multa Dei patiuntur in orbe ministri,
Nulla manent ipsos præmia, nullus honor.
Scilicet hæc præseus extremi temporis atas
A præscis multum degenerabit abis.
Tu sanè bonus es, Kænzlere piissime, Christi
Angelus, & populi norma canòne tui.
Est ingrata tamen tellus tibi, Jane. Sed euge!
Non tales coelos experiere. Vale!

ORDO

ORDO IV.

Quartus in adsp̄ctum Sophiæ dabit Ordo
Magistros,

Secretos vulgi jam procul à nebulâ.

Hi quoq; signa merent nostra pietatis; & illis
Cultus debetur thus & acerra mei.

Nam quidam veniunt fautorum nomine: quidam
Ingenium studiis excoluere meum.

Corcula Musarum Phœbig; recumbit in istis
Magna Facultatum spes & optima trium.

Magister Christophorus Straußius.

Anagramma.

Tu Christum portas; sis gravis Heros.

E Titulis Straußi- ne tuis extundere sortem
Nulla pœtarum versificina queat?

Sanè magna tibi narrant miracula vates,
Quos ego plebji censeo iudicii.

Ecce tuam sortem. si non vis credere, tenta:
Ne me fortè putes imposuisse tibi.

Tu Christum portas in pectore; sis gravis Heros.
Nam tua conditio te jubet esse gravem.

Jova suum tradit populum tibi; prepositumq;
Te sibi Renspurgi Prepositura cupit.

Non ergò poterant investigare pœtæ
Nominis hanc sortem, vir venerande, tui?

Tempore tam longo quoniam sine sorte fuisti,
Gratular hanc sortem nunc cecidisse tibi!

Magi-

Magister Christophorus Strause.

Anagramma

Agro Christi pastor resumtus es.

GRande geris munus, Strausi, magnaq; locabit
Te tuus omnipotens in statione Deus.
Myssa sacer Christi, pastorq; resumtus es agro,
Jam nunc ad proprias hinc abiturus oves.
Tu benè scis, quàm sit gravis hæc provincia. sed scis
Te quoq; præsentem semper habere Deum.
Ille tibi vires dabit & tua diriget ora,
Ille dabit, tacita quæ tibi mente precor !

Magister Evaldus Ribe, Rector.

Anagramma.

Rectè Ludum regis, sobriâ arte.

OCelle Phœbi, corculumq; Musarum,
Evalde, Rector litteraria pubis,
Cui flos juvenæ creditus lubens paret,
Humanitatis dum scientias tractat
Tuo sub ore, preparatq; se magnis
Sublimiorum fontibus Facultatum.
Non absq; jure laudibus tuum nomen
Mautnerus ornat, teq; consecrat Fama,
Et huic adoptat ordini Magistrorum.
Nam functioni, qua suprema te Divum
Stitit potestas, cum bono præes fructu,
Et arte Ludum sobriâ regis rectè.

Magister

Magister Johannes Bischof,

Anagramma.

Hem hic fons ignaris os beat.

A Des Judenta, cui scientia sitis
Inest, & Artis aurea cupiditas.
Hem fons, abunde dulciori nectare
Repletus! Hic os Artis ignaris beat.

Joannes Harberdingius

Anagramma.

Arâ, non verbis indiges.

Dum numerant versus, quid dant nisi verba
poëta?

Quid, Jane, plebes illa jejunissima,
Rerum sorte carens, & pumice sicciore omni,
Quam somniorum vanitates des meras?
Tu jam verborum satur es, me judice. Jamq;
Arâ, vel arrhâ, nonq; verbis, indiges.

Magister Daniel Fridericus Eislebius.

Anagramma.

Vir es; bella arte Musicen, fides, dirigitis.

Quattuor hos versus tibi me componere
jussit

Nobilis illa tua compositura manus.
Dignus laude vires. nam pulchro Musicen usu,
Et sacras bellâ dirigitis arte fides.

Magi.

Magister Pancratius Amfelius.

Anagramma.

Iste pulcras Musas animâ gerit;

Amfelius Musas animâ, sed vertice summo
Grande decus hatum, Laurea ferta gerit.

Magister Joachimus Dasenius.

Anagramma.

Dives es Musis, ac omni gratiâ,

Tu quoq; Daseni, nostro memorabere versa,
Et te Magistrum noster Arnus suspicit.
Certè digna, bonis ut ameris ab omnibus, est res:
Nam dives es Musis, & omni gratiâ.

M. Paullus Sagittarius.

Anagramma

Altiùs, ut palma, surgis.

Nectu labores prateris poeticos,
Mistumq; mel papaveri;
Aut spernis almi pallidos Apollinis
Fontes aduncis naribus.

Nasutlorum turba cen levis solet,
Vulgiq; mens crassissima.

Quin imò laudes queris his ab artibus,
Quas nemo sanus non amat.

Quamvis enim tu sis Magister Artium
Diac, Paulle, Palladis;

Tamen

Tamen Mineræ seriis laboribus,
Et laudis amplitudini,
Non te pudet jocos salesq; carminum,
Dulcesq; Musas jungere.
Sic temperato, Paulle, dissidentium
Negotiorum pondere,
Gaudes honore, quodq; fors ait tua,
Ut palma, surgis altiùs.

Magister Ernestus Mylius.

Anagramma.

Lenis vir es; gestas myrtum.

Compositis superas sedatum moribus æquor,
Et sic vir placido lenis es ingenio.
Hinc myrtum gestas, vir mellitissime. namq;
Pacifisci myrtus Symbolon est animi.

Magister Joannes Rave.

Anagr. duplex.

Rem agis, ô Nate Uranies.

ô Jane, magnus eris arte.

Ravi, Socratica cui libertatis amorem
Plus libet amplecti, quam vetus ævulus èpæ,
Uranies fili, cujus mens tradita coelo,
Altius in Veri vim penetrare solet,
Semper habes istam tam re, quam nomine, laudē;
Philosopho dignam rem quia semper agis.
Non ego sum vates; tamen hoc enuncio de te
Confidenter; eris magnus in arte tuâ.

Magi.

Magister Joannes Reinbot.

Anagramma.

Artis bona in mente geris, ô!

Tu quoq, JANE, meos non aspernabere versus.
Et non ablecti paucula verba styli.

Multa darem, sed me deterret copia laudis
Summa tua, nec in hoc aequor abire finit.

O utinam tot Dii linguas mihi, JANE, dedissent,
Artis in exultâ quot bona mente geris!

Magister Christianus Dreierus

Anagr.

Surgis terrâ curis diæ mentis.

Vulgares anime, plebejag, pectora nunquam
Altius à terræ surgere mole queunt.

Hæc divinior est, coeloz, propinquior alto
Mens, qua de terrâ se super astra lebat.

Quæ Drejere, tibi càm sit data calitum; istam,
Non aliam, sortem dedico jure tibi.

Magister Abraham Calovius.

Anagramma.

Ah tu rem agis: vibra calamos.

AH vibra calamos, studiis exculte Calovi,
Melleg, Lectores uberiore riga.

Gustarunt ribos, gustarunt flumina multi,
Artis inexhausto qua tibi fonte fluunt.

C

Tu

Tu *studis*, & *judicio maturo* agis rem.
Hinc *magnum surgit nomen in erbe tibi.*

Magister Joannes L. öselius.

Anagramma.

En *Musis*, *Galeno*, serio *litas.*

Löseli, decus *Aonidum*, doctæq; *Minerba*,
Flos *eruditorum virum*,
Qui *Musis*, *Phæbo*, patriq; *fidelibus ausis*
Litas Galeno serid,
Si *te non ornant quicquam mea carmina*, *per te*
Ornariet me sufficit.

Magister Stephanus Ortelius.

Anagramma.

Tu *Sophum* agens *teris literas.*

Berona *quosdam*, *Martis* & *cæcus furor*;
Quosdam fames auri tenet.
Quosdam voluptas, & *gule*, *vel inguinum*
Prurigo sub jugum vocat.
His nunc Diis se mancipiant potissimum
Exulcerata secula.
Non hæc tibi mens, ô *sitor*, *Orteli*,
Virtutis alma, *Namq; tu*
Agens politum literas teris Sophum,
Et orbitam fama premis.

Joannes Georgius Brimer,

Anagramma

I ergo, *magnus eris in orbe.*

Illustrem *nobis praluces*, *fane*, *lucernam*,
Enthea qua virtus ingredienda venit
I, ergo,

I, ergò, quæ te melior Deus aliaq; cura
Kaptat, eris studio magnus in orbe tuo.

Magister Henricus Vifcher Holfatus.

Anagramma

Hic vir certe gnarus est Musis. ah Sol!

Candida Vifcheri pulchro de nomine fama

Quæsitæ, paucis reddidit:

Hic certè gnarus Musis & Apolline vir est.

Ah sol decusvè Patriæ!

Magister Joannes Fabricius Dantiscanus.

Anagramma.

In ingenio, fama, & curis sub astra scandis.

Bis collam tibi do, Fabrici doctissime, crāben;
Ist hac sorte tuas sollicitando manus.

Fortè πλεονάζειν lucumoni dicar acuto,

Grammata qui nobis, prætere aq; nihil.

In patière tamen repetita muneræ laudis.

Te quoniam constans ducit ad astra tenor.

Magister Franciscus Mœllerus Rostochius.

Anagramma.

Charitum cor, clarus & generosissimus flos.

Mœllerus Charitum cor, Apollinis alma pro-

Illustris patriæ flos generosus obat. (pago)

Non opus est illum prolixis pingere verbis,

Ejus enim totâ splendet in urbe color.

C 2

M. Jo:

M. Joannes Carnemus.

Anagramma.

Non enim cares Musâ.

Cesserunt tenues radiis subeuntibus umbra:
In nitidâ fama luce serenus obas.
Arces, pulle sacer Sophies Carneme, tenebras,
Non etenim Musâ *splendidiore* cares.

Nicolaus Riedemannus.

Anagramma.

Non male navus diceris.

Ignavos Sophie pulchris ab honoribus arcet,
Sed navis confere premia digna viris.
Hinc, Riedemanne, decus Sophies, tu non male
navus
Diceris, est pulcher nam tibi partus honor.

Magister Joannes Daniel Horstius.

Anagr. duplex.

Diligenter vorlas animis honesta.

Item, non ignarus es solidæ artis.

Horstiade, vorlas animis qui semper honesta,
Et diligenter hoc facis.
Artis item non es solidæ, *studiiq. Sophorum*
Ignarus. *Esto, qualis es.*

Magister Fridericus Zeeman.

Anagram. z. per is.

Certè jam dignus es famâ terris.

Nll aliud dicâ, quàm quod tua nomina. certè
Jam terris famâ dignus es, ergo *vale.*
Magi.

Magister Benedictus Hufman.

Anagramma.

Benè surgit, summa ascendit.

Hufmannus surgit benè, Nam permittus honestis

Ascendit fame culmina summa viris.

ORDO V.

Illustres animas Iuvenum memorare Virorum,
Non est presentis, Lector amande, loci.

Diversas longè curas labor ille requirit,

Quo Charitum dici corcula mille que ant.

Quis veluti gemmis Varni Schola docta superbit,

Et fama cæli summa sub astra volat.

Optassem latuisset epos hoc carminis: à me

Id declinari si potuisset opus.

Sed paucos quosdam, quorum notissima nobis

Nomina, religio præterisse fuit.

Vos reliqui veniam, sultis, concedite! Vestrum

Differt, non aufert, nostra Thalia Decus.

Ioachimus Luffavvius.

Anagramma.

Vi Mufas ac Ius volvis.

Extrema, Ioachime, tibi cōmendo cohortem,

Quam, nisi tu ducas, ducere nemo potest.

Namq; tibi pulchri fanum referabit honoris

Alma parens Legum Justitiæq; Themis.

Tu virtute tuâ terræ de sedibus imis
Jam, Joachime, supra nubila celsa volas.
Vi Musas ac Jus, miles pulcherrime, volvis,
Hinc præfertur in hoc ordine nemo tibi,

Petrus Clemens Hanovera- Brunsvigas.

Anagramma

Tu semper Leges Urbis, non vana, curas.

Multa jubent, ut tu sis alter in ordine, Clemens;
Et primum turmæ ponè sequare ducem.
Ex quibus hoc unū: quod tu non vana; sed Urbis
Leges, ac studium nobile semper amas.

Stephanus Scultetus Osterburgo Marchiacus

Anagramma

Tu Coeli cursum, tu Orbes sat gnarus spectas.

Pleridum, Scultete, decus, flos aureæ Phœbi,
Cor Charitum, Divæ Palladis acer amor;
Præbocat in laudem tua me notissima Virtus,
Excultumq; bonis artibus ingenium.

Tu coeli cursum spectas sat gnarus, & Orbes,
Pitag. diversis æthera sideribus.

Insuper herbarum mysteria, totaq; magni
Hippocraticæ memori dogmata mente tenet.
Nec tamen intereâ Phœbum, dulcesq; Camœnas,
Et dias metrica negligis artis opes.

Quas hodie vulgus non æstimat, æstimet autem,
Quarum vim brutâ mente videre nequit?

Sed

Sed tu jam pridem divina munere mentis
Dignus eras longè splendidior loco.
Ast quoniam certant Sophie, Medicina, Poësis,
Cujus sit primum danda corona tibi;
Thure meo, donec litem componat Apollo,
Quaeso, sinas Et in hac te statione coli.

Abrahamus Caesar.

Anagr.

Amas sacra verba.

Vulgus iners risus, Et nugae captat inanes
Semper, Et insani ludicra Vanajoci.
Divina tu, Caesar, amas sacra verba Themistoc.
Est tibi cum vulgo, Caesar, inerte nihil.

Balthasar Ramel Nobilis Pomeranus.

Anagramma.

Libros prius, non arma & bella amas.

RAmeli, veterum qui nobile lumen aborunt
Ingenuis auge dotibus ingenii,
Na bellam sequeris methodū, dū culmen honoris;
Germanaq; siam nobilitatis inis.
Namq; prius libras, non scibi bella tumultus,
Armaq; furesti tristia Martis amas.

Magnus Volger

Anagr.

O gnarus Legum

O Volgere, decus Themidis, cor dulce Minerva,
Quem bona prae reliquis, cum Jobe, Pal-
las amat.

E 4

Qui

*Qui; gnarus Legum, pulchra virtute coruscans
In coetu, veluti Phosphorus, Aonio.
Dii tibi dent vitam, dent omnia prospera; qui
nunc
Magnus es, ut quōdam Maximus esse queas.*

Hermannus

TARNOVIVS.

Anagramma

VIORNATUS,

Lexica docta viros à vi descendere dicunt;
Famineumq; putant vi superare secus.
Tu vi, pulle sacer sophies, ornatus es ampla.
Quis te, Tarnovi, non putet esse virum?

Martinus Neffclius Moravus.

Anagramma.

Summus vorfu: Latina Siren es.

Cur summus vorfu, Sireniq; Latina voceris,
Hercule me dubitat doctus Apollo nihil.
Qui foret à Musis nuper dum fortè rogatus,
Unde tibi mellis copia tanta fluat?
Unde tibi Latiae pharetra lepidiq; coturni?
Unde tibi Veneres, dulcis & unde lepos?
Unde fluat magno tibi carmen Apolline dignum,
Digna q; Ventura posteritate metra?
Permutasse lyram, versus & dixit Apollo
Se didicisse tuos, te docuisse suos.

Joachimus

Joachimus Prætorius.

Anagramma.

Pius homo, sarciet Jura.

Nata Jobis Pietas, nostro rarissima sæclo,
Vix habet insano jam super orbe locum.
Illa Diis propior mundi defloruit ætas,
Jamq; senectutis squallida venit hyems.
Friget virtutis studium, tepet ardor honesti,
In glaciemq; Dei se prope vertit amor.
Et tamen interdum sunt enthea corcula quedam,
Quæ nihil ex vitiiis participare solent.
Quæ melior vano secrebit ab ordine Phæbus,
Et mens, & Genii purior aura boni.
In quorum numero Prætor I fervida virtus,
Et mens non imâ candida sede sedet.
Pectoris ille sui defectus sarciet omnes,
Cum sit liris amans & pietatis homo.

Adolphus Fridtericus vom Hagen.

Anagramma

Heus tu Fori decor! dignus palma.

Heus Friderice, quid sibi vult hoc epos?
Quid omen, & fors, quæ mihi de nomine
Tuo resurgunt? an tui politiam
Sermoneis, an vim mentis, an solertiam,
Pectusve multa dives arte predicant?
Sic est, Adolphe. Namq; palmâ dignus es,
Themidiq; summus & Fori clues decor.

C S

CON-

Constantinus
MARSTALER.

Anagramma.

MARS ALTER.

Sunt etiam Musis, & sunt sua castra Minerba,
Militiamq; colit Phœbus & ipse suam.
Est hic Marstaler veluti Mars alter in illâ.
Semper enim palmâ, cum benè certet, habet.

Joannes Neubaur Megapolitanus.

Anagramma

Lubens agis verè optima, non vana,

Quamvis humana longè vanissima gentis
Vita sit & quibus vanus in orbe labor.
Tu non vana tamen, mundi portenta secutus,
Sed verè quæ sunt optima, semper agis.

Albertus Villebrandius Rostochiensis.

Anagramma.

Hic in labore sedulus, libros terit sanus.

Assidue studium Themidos Vilbrandius urget,
Et latè sparsi nobile Juris opus.
Sedulus in pulchro sua promovet orsa labore,
Et libros sanus nocte dieq; terit.

Arnold Voberhnay Nobilis.

Anagramma.

In laboribus, non ludo, eras.

IN Ludum patriis procul à laquearibus ire
Jussus es, & diva Palladis arma sequi.

Tio

*Tu tamen in multis, Arnolde, laboribus ; & non
In ludo vite luxuriantis eras.
Non operam luisse scio te. Namq; per artes
Te video summas exseruisse caput.*

Laurentius Henricus Meltzing Nobilis.

Anagr.

Tu in libris es. en collustras ingenium.

Gemmula Pieridum, flos fragrantissime Phœbi,
Meltzingi, gentis pulcher ocelle tua,
Semper es in libris defixus, semper amœnis
Nobile collustras artibus ingenium.
Enthea doctoris dum te prudentia Krug I
Ad Claras recto tramite ducit aquas.
Sic te cœlorum Pater ille gubernet, ut olim
Cam multâ possis fruge redire domum!

Conradus Boltenius Pomeranus,

Anagramma

O clarus, prudens, & bonus animo

Sors tua, Bolteni, reliquis est faustior : uni
Namq; tibi tribuit munera plura Deus.
Sum tibi lux animi, bonitas, prudentia : quarum
Vix aliâs multis convenit una viris.

Iohannes Flotwel Regio-
montanus Boruſſius

Anagramma.

Tu lubens volvis aureos
magni hōnoris fontes.

Tu quoq̄, *Fane*, lubens volvis, *me iudice*,
Fontes hōnoris aureos. (magni

Virtutem puta, qua rivis cœlestibus udas

Mentes facit mortalium;

Doctrinamq̄ simul, que dulci nectare nostri

Sitim solatur pectori:

Hi duo sunt fontes, quorum tibi pocla ministrant

Phœbus, Minerba, Gratia.

Henricus

CRAUSIUS.

Anagramma.

CURASIUS.

Jus curas, *aceps legum fidissime, Crausi.*
Carus eris magnis, sic modò curre, Siris;

Matthias Nicolai, (Pomer.)

Anagram.

Hic amat infolita,

Horrida perberſe regnant contagia labis
Passim per orbis climata.

Nil magis est solitum,

Quàm bersare dolos. Scelerato sibiſitur ausu,

Dudumq̄ terras aureas

Deſernit pietas.

Ergò,

Ergo, ne solitum sapiat, se subtrahat ab eo,
Quem pulchra virtus distinctet,
Et pietatis amor.

Sicq; sue cursum vita regat, ut Nicolaus.
Vulgi relicto tramite,
Hic amat insolita.

Matthias Nicolai (Holsat.)

Anagr. dupl.

Hic fat alit animo.
Sat hoc alti animi.

Hic animo fat alit curæ, studiūq; salubris,
Librorum quoniam perbolat omne genus,
Non lepido versu, nec laudibus indiget ullis.
Quippe sat hoc alti, quod facit, est animi.

Burcardus Blumius Crempa-Holsatus.

Anagramma.

Tu speras lucrum cum das laboribus.

Tu speras lucrum, Burcarde, laboribus omnē
Pierius Phæbo cum duce das operam.

Samuel Schirmerus.

Anagramma.

Summè clarus eris.

Non is habet docti titulos, pulcherrima cuius
Innumerus splendet bibliotheca libris,
Vasq; porrectis atramentaria pennis
Semper in Aonium prompta morantur opus.

G 7

Cura

*Cura vigil, græba solers industria mentis,
Et morosa facit felicitudo virum.
Fellus iners, S mens studii melioris egena
Ferre sacras tanti nescit honoris opes.
Semper eos sudor, semper labor improbus urget,
Nescitur in quorum pulchra corolla caput.
Non decet ingenuum somno marcere sodalem,
Aurea quem Phœbo cum duce Pallas amat.
Testis eris, Schirmere, mihi, qui semper amenam
Hac methodo pulchrâ ducis in arte viam.
Perge, velut pergis, non sum tibi vanus Apollo,
Tu summè clarus, si mihi credis, eris.*

Joannes Reimarus.

Anagr.

Nervose inis arma,

ET tu militiam Phœbi doctaq; Minervæ,
Fane, soles multâ strenuitate sequi.
Dignus es, in nostro qui conspiciare libello,
Laudato quoniam milite digna facis.
Tu studii campos intras, Reimare, patentes,
Armaq; nervosè Martia semper inis.

Petrus

POPPIUS.

Anagr.

Ô PUPPIS.

Doctrina vastum, ventis felicibus usa,
Non inhaudatis ausibus, aquor aras.

Sic

*Sic te sedulitas velum, remigq; labores,
Directore Deo, per freta longa ferant;
Errorum scopuli, passimq; natantia, ne fors
Inscitia noceant monstra, feraq; tibi.
Sitq; via tandem finis pulcherrima vita
Conditio, virtus anchora, portus honor!*

Hermannus Jungius Holsatus,

Anagr.

Tu non ignarus, vales Musis.

Quanta sit in sacris, Jungi, solertia libris,
Quanta sit in vario cura labore tibi,
Nominis hoc pulchrum nobis edisserit omen,
Et melior mentis flamma, calorbe tue.
Tu non ignarus rerum, quas postulat usus,
Arte sacra, Musis, ingenioq; vales.

Matthias Kesselius.

Anagr.

Altè is maectus fies,

Degener est animus, terra qui fixus inhaeret,
Ire per alta solet mens generosa loca.
Is altè. jubet hoc generosi pectoris ardor,
Kesseli, maectus terq; quaterq; fies!

Theodorus Mülmannus,

Anagr.

Multum honorandus es.

OTheodore, mei pars mellitissima cordis?
O mea lux, anima dimidiatumq; mea!
Semper

Semper honorandꝰ multũm mihi prae reliquis es,
Quos mihi fautores Teuiona terra dedit,
Ecce tui fulgent oracula nominis : unde
Et tibi surgit honos, & mihi surgit onus,
Nam mea per sortes dum mens studiosa vagatur,
Var, Theodore, tuis laudibus esse nequit.
Non moror hoc : sed eo te dignor honore libenter,
Dum te plus fideo conciliare mihi,
Nec detestor onus quantumvis non leue ; cum sit
Calcar honos oneris, calcar honoris onus.

Theodorus Möllmann.

Anagramma

Non tu molam recales.

Non, Theodore, molam recales tu, nec molitorum :

Moelmannum quãvis te tua lingua vocet,
Nil tibi cum sacco, cum cribro, cumq; farina,
Cumq; volubilibus nil, Theodore, rotis.
Altior est tibi mens sequeris vexilla Minerva,
Atq; domos sanctas incolis Aonidum,
Hinc es tam procul à molitore molaq; remotus,
Solis ab occasu quem procul ortus abest.

Theodorus Mölman.

Anagramma

Tu homo dans ore mel.

Ut posses dici vir de meliore farina,
Raptus ab insanis es, Theodore, molis,
Ut posses homo tu mel dans ex ore vocari,
Altra es à Musis melle fabog; puer.

Theodo.

Theodorus Mœllmannus,

Anagramma.

Tolles ad munus honorem.

Ecce tibi spondent studiorum præmia sortes,
Hic tuus in Musas ne sit inanis amor.
Tu studiis cultus tolles ad munus honorem,
Et præstans ad te munera tollet honor.

Antonius Rust.

Anagr.

Tu intras onus.

Magnum Iuris onus studiis melioribus intras.
Magnus to, Rusti, crede sequetur bonos.

Ioannes Varendorpius,

Anagramma.

In Iova duces per annos.

Cuiq; suam laudem: tibi vero nil nisi votum,
Fane, dico: cum sit laus tua lauta satis.
In Jovâ Pylios duces bisq; per annos.
Intentet nunquam vim Libitina tibi.

Ioannes Budæus.

Anagr.

Næ bonus audies,

Budæe, cui sunt mentis insoles bonæ,
Boniq; mores, & bonum vitæ genus,

Bonè

Boni labores, cura virtutis bona,
Boni parentes, & sodales non mali;
Si non reflectet fors volubilem rotam,
Næ tu probatus audies bonus viris.

Casparus Mawritius.

Anagr.

Curas, ut virum sapias.

Non ita sunt pauci vates hoc tempore, quam
sunt

Pauci, qui faciant carmine digna, viri,
Tu, dum paucorum sequeris vestigia, curas,
Ut sapias dignum laude metroq. virum.

Georgius Helmes.

Anagr.

Hem sol egregius!

Exquista tui genitoris imago, Georgi,
Cernitur ad visum cujus in ore pater,
Ingenium, Geniumq. tuum dum metior, istud
Erumpo pulchra laudis in elogium:

Hem sol egregius Juvenum, quos sacra Minerâ
Castra sequi studii fervidus urget amor.
Perge sequi Patris vestigia: quiq. fuisti
Sol Juvenum, posthac sis Cynosura virum.

Nicolaus Bacmeister.

Anagr.

Ecce tu nimis laboras.

Bacmeisterorum magni cognominis heres,
Non levis & gentis spes, Nicolae, tua.

Tu

Tu nimis Aonia, constanter in arte laboras,
Publica laus meritò prævenit, ecce, tibi.

Paulus Mothius.

Anagr.

Altum vis opus,

Alta tibi mens est, Phæbo carissime, Mothi;
Hinc altum vis & diligis Artis opus.

Nicolaus Mothius.

Anagr.

O nimis oculatus.

Sunt varia dotes hominum, diversaq; dona,
Quemlibet ut voluit participare Deus,
Non postrema tibi cesserunt munera. Namq;
Tu prudens es, nec non oculatus homo.

Caspar Leon.

Anagr.

Places Arno.

Dum reliqui Musas quarunt sub sole remoto,
Tu, Leon, Arniaca deligis antra Rosa.
Hic bibu immensum doctrine divitis agnor,
Sicq; places Arno, dum placet ille tibi.

Joachimus Angelus,

Anagram.

Hic magnus sol Ævi.

Tractabat sancta secreta verenda Minerba
Angelus, & studii grande gerebat onus:
Id

*Id cernens summo de culmine Phœbus, Hic inquit
Magnus sol ævi, si modo videret, erit.*

Bonaventura Weifs.

Anagramma,

Naturâ bonus es. vive!

Fœdus amicitia, VVeisfi dulcissime, nostra
Et mentium jucunda conspiratio,
Vult, ut in hoc nobis etiam memorere libello,
Inter nitentes gemmulas sodalium.

Natura bonus es. bonitas hæc fecit, ut ultro
Fraternitatis dexteram darem tibi.

Vive diu! tam firma neant tibi stamina Parca,
Quâm firma nostræ mentis est conjunctio.

Herman Deutsch.

Anagr. dupl.

Certandum est.

Nomen apud Musas cum simus uterq; professi,
Græde sacræ postquã sum simus artis onus:
Certandum nobis est; aut, Hermanne, carendum
Laureola; segnes effugit illa manus.

Georgius Maschov Gripsvâldensis.

Anagramma.

Sis egregius, placidus, gnarus homo.

Adâo tibi calcar. Juvenum flos belle, Georgi:
Addo simul votum, pratereaq; nihil.

Ad

*Ad celsos Phoebi montes audentior ito,
Et studiis magnum sic imitare patrem.
O sis egregius, placidus, gnarusq; vir olim,
Laudibus & multis suscipiendus homo.*

Alexander Hodikius Trentschinienfis.

Anagr. resol. dupl.

Tu scandis Heliconis arces, nitens redi.

Hodiki, magni pulcherrime nate parentis,
*Summa culte mihi semper amicitia,
Accipe nunc votum, donec mihi largior olim
Te rebocet veru nobiliore dies.*

Tu studio scandis summas Heliconis ad arces,
Multa luce nitens, ô precor, inde redi!

Elias Splenius

Anagr.

In Jesu psalles.

In Jesu psalles dum te fortuna fatigat.
In Jesu palmam qui capit, ille capit.

Georgius

STRANEVSKIUS.

Anagr.

SANCTUS VIR ES.

Sibe patrem laudo, seu te patris auree fili,
Vera loquer: tenet hac fors in utroq; locu.
Joan-

Joannes Paludnigius Casso-
vientiſis Hungarus.

Anagr.

Plus in annos, hoc ingenii auſu,
ad Jus aſſurges.

Fecero, JANE, nefas, & inexcufabile crimen,
In noſtra ſi non conſpiciare Roſa.
Es tu floſculus es, blandaq; corolla juventa,
Antiquiſſe ſatum nobile germem avis.
Hac Roſa fortè tibi neſcit decus addere: certè
Tu potes hanc multum condecorare Roſam
Tu mihi ſemper eras peregrino fidus Achates,
Et ſocius longe, JANE, comesq; Via.
Intraſti mecum tu Roſtochiènſe Lycèum,
Traxiſtiq; pari conditione jugum.
Sors eadem nobis: unus Præceptor, & Hoſpes,
Una domus, lectus ſemper & unus erat.
Ingenii, quæ te rapiunt ſuper æthera, pennas
Supprimo; ne juſtò longior efficiar.
Tu dum perſolitas animo genus omne librorum,
Cecropias ſtudio ſic imitaris apes.
Floribus ex variis illa ſua mella reportant,
Tu varias ſtudio nobilioru opes.
O fac ingenii tanto feliciter auſu
Magnifica Themidis poſt quoq; miles oba,
Aſſurges ad Jus ſic plus in quolibet annos,
Atq; tuæ lumen poſteritatis eris.

Georgius

Georgius Luttsch Transylvanus.

Anagramma.

Surgis ultra, fat cultus ingenio.

Nō satis esse putamus, Charitū flos auree, Luttschi,
Sis quod ab antiquis nobilis ortus abis.
Surgis obans ultra: diversa^q regna per orbem
Perbilitas mentis non sine luce tua.
Laudo, quod ingenio fat cultus es; imo, quod istū
Culturam ducis non satis esse tibi.

Petrus Mederus.

Anagr.

Tu semper dures.

Nulla dies unquam nos dividet, o mihi rebus
In dubiis certa, Petre, probate fide.
Te sequar in vobis: tecum migrabo sub umbras,
Tu socius vita, tu mihi mortis eris.
Tantum perpetuo dures, & talis amicus
Sis, semper, qualem te tua vita probat.
Nec mors efficiet, quin tu, Medere JOANNES
ALTER sis, & sim quin PETRUS ALTER
ego.

Joannes Mauttnerus,

Anagramma.

Tu in una sorte manes.

Frustrā te crucias, Mauttnerē laboribus. ista
Nil studii prodest anxia cura tibi.
Sorte, miser Mauttnerē, manes tu semper in unā.
Mitte Rosam. cecidit fors tibi fansta parū.
Ad


Ad iniquum Censorem.

Si quis inhumanus legat hæc Anagrammata,
censor,

Hancq; ROSAM cupiat forsitan olfacere,
Ponat inhumane fastus & cornua frontis,
Et placidæ vultus induat ille Viri.
Fortè quid incultum per sortes excidit istas,
Nec roseo tinctum fluxit odore satis?
Cogitet angusto clausum me carcere; florem
Vix potuisse meum dulcius imbuerè.
Melle licet careat Latia ROSA nostra loquela;
A rebus certè sat nitet illa suis.
Sufficit humanis hoc naribus. Et mediocri
Esse potest hominis nasus odore satur.
Nō patitur grandes nasos Rosa parva. Procul sint
Qui monstrum nasi sesquipedalis habent,

F I N I S.








Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn727380664/phys_0078

DFG





Ad Dn. DAN
Super
Janus erat bil
Hinc, Super


Ad Dn. PE
H
Not. Publ.
Qvem ma
Qvam mea
Qvod tibi con
Tu mea p

Laure
L Aurea qu
Vena Poetra

ANUM,
s hac or
go.
men & o
habes.

ISEN-
um.
ujus ma
tem,
qui sibi
vee?
tui Soror
Patris:
nomina
foves.

nequeunt
Vates,
rtacaler.
Ergo



the scale towards document